



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 108. Fœderatorum conventus Trudonopoli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

fanis hisce acclamationibus offendere- **Sæc XVI.**  
 tur. Postea in Curiam ascendit, eaque no- **A.C. 1566.**  
 ët cum Magistratu agere instituit de po-  
 pulo ad obsequium revocando, necnon  
 de seditiosis hæreticorum conventibus  
 dissipandis: sed cum hisce malis remedia  
 pararentur in Senatu, foris per eadem  
 incrementa invalescebat morbus; quip-  
 pe magis frequentes habebantur Pro-  
 testantium cœtus, quamvis Princeps  
 eos præpedire toto studio niteretur.

§. CVIII.

*Foederatorum conventus Trudo-  
 nopolis.*

**H**ic erat in Belgio rerum status, cum **Thu. &c**  
**ecce**, novus repente motus Guber- **Strad. l.c.**  
 natricem gravioribus exponeret curis;  
 nunciabatur enim, Geusios Fœderatos,  
 eoquod Ordinum comitia convocari de-  
 sperarent, nova moliri, eorumque cir-  
 citer duo millia Trudonopolin exiguum  
 Leodiensis Dioecesis urbem in Braban-  
 tiæ finibus sitam convenisse; cum ergo  
 incolæ, ni illis aditum concederent, suos  
 agros devastari & suas ædes incendio ab-  
 sumi vererentur, hinc in urbem suam  
 Brederodum, ceterosque fœderatos o-  
 mnes exceperunt, insuperhabito Guber-  
 natoris interdicto: hi vero ibidem Men-  
 se Julio ad finem vergente conven-  
 tum habebant, licet nihil ibidem decerne-  
 retur: dum autem hæc agebantur, Guber-  
 natrix

Nn 3



Sæcul. XVI  
A.C. 1566.

natrix Oranium Principem, & Egmontium Comitem ad eos ablegat, qui Brederodum, ac conjuratorum præcipios in pagum Antverpiæ vicinum, quem Dufflam appellant, ad colloquium evocant, atque inter alia Gubernatricis nomine exhortantur, ut non per hujusmodi cœtus aliquid novi molirentur, sed interea hac super re Regis judicium expectarent, nec eidem justæ indignationis ansam præberent, sed potius in obsequio perseverarent, & concionibus quantum possent, prohibitis insolentiam sectariorum reprimerent, qui seditionem, ac rebellionem brevi in apertas flamas erupturam, palam jactitare non erubescerent.

§. CIX.

*Hæreticorum querelæ coram Oranio  
Principe expositæ.*

Thu. I. 40.

**A**d hæc delegati scripto ita respondent: „Nos gratias Celsitudini suæ „agimus, pro transmissis ad præfectos „mandatis: verum ea, prout oportuit, „non fuerunt servata, nam Tornaci, In- „sulæ, Montibus in Hannonia, Atiræ, „Atæ, & Bruxellis nulla eorum fere ha- „bebatur ratio, plurimis in carcerem ob „Religionem conjectis: nos ecquidem „concionibus, ac conventibus aliis im- „pediendis omnem diligentiam adhi- „bui-